

quar cum multitudine Evangelistarum. † 68.  
 Gratâ itaq; mente beatitudinem nostram  
 agnoscentes illud libenter audiamus, ne à  
 nobis auferatur. Matt: 21

## NARRATIO.

**I**N Genesi legitur: Inimicitias ponam Genes: 3.  
 Inter serpentem, & mulieris semen,  
 quæ etiam elucet in hodierno Evange-  
 lio. Licet enim Christus oportune Apo-  
 stolorum felicitatem prædicaret: tamé  
 reprehendere eum conatur quidam Le-  
 gisperitus. Quapropter cum hæc in Rom: 15.  
 nostram doctrinam scripta sint, &c.

- I. Orationem CHRISTI ad suos  
discipulos.
- II. Colloquium cum legisperito per-  
curramus.

## DE I. LOCO.

- I. Notentur gestus: Convertit se ad  
discipulos, illosq; alloquitur seorsim.

V S V S.

Christus his gestibus docet.

1. Se velle verbo suo discedere ab eis, Matt: 23.  
qui illud contemnunt.
2. Illis autem libenter colloqui per  
Q 2 suos.